

e Hippocr. in
lib. de carni-
bus: & in lib.
de locis in
homi.

d Laur. lib. 4.
exercita. 5.

e Gal. de us.
part. libr. 5.
c. 6.

f Reald. Co-
lumb. libr. 6.
de Iecore &
Ven.

cor c est, à quo ut omnium corporis membrorum ita & venarum conser-
vatio dependet. Observatis hisce diversis respectibus, omnes apparenter
contradictorii in Hippocrate textus salvari possunt. Quando enim dicitur
tur cor est principium venarum, de principio τῆς ἡσέως: quando dicitur
epar est principium venarum, de principio ἡσέως & διοικέως ser-
mo est. Verum his nondum acquiescentes defensores Aristotelis, Vesali-
um etiam idem statuentem obijciunt, sed nos Vesalii hac quidem in par-
te parum curantes auctoritatem, rationes ab ipso allatas nullius esse mo-
menti probamus: quod enim cor venarum principium statuit ideo, quia
vena circa cor amplior sit, simpliciter inficiamur: apparet quidem,
d tum propter auriculam dextram, tum propter perennem cordis diasto-
lem omnia amplificantem, sed longè gracilior est quam in gibba epatis
parte, & hoc licet concederemus, non tamen statim sequeretur, quod
maiora minorum essent principia, patescit enim quod sepius à rami ar-
borum crassiores apparent truncis. Immota igitur & inconvulsa ma-
net nostra & Galeni contra Aristotelem, Aristotelisq; assertores senten-
tia. Verum nondum cum Vesalii rationibus actum esse dicis, quomodo e-
nim venæ ab epate ortum trahere queant, cum vena arteriosa cum epate
neq; continuitatem, neq; ullam habeat communionem? Certè hic proprio
ariete objicientis murus labitur, nam illud, de quo Vesalius loquitur, vas
vel est arteriosum vel venosum, si est vas arteriosum, tunc certè non de-
bet ab epate, sed à corde suam trahere originem; si verò est venosum,
tunc irrefragabiliter ab epate sortitur ortum e: Atqui ultimum hoc
Laurentius loco citato propria confirmat experientia, se nimirum, hanc
venam epati & venæ cavæ continuam esse, in foetu semper observasse.

THEOREMA III.

Vena commodè in duas classes dividi po-
test, prima habet venam portæ, altera venam
& cavam.

Explicata hætenus definitione venarum illarumq; essentia paulu-
lum considerata, ut nos ad venarum divisionem, divisarumq; partium
explicationem accingamus consequens erit. Sunt autem de venarum
primaria divisione due imprimis anatomicorum sententiæ, alii enim
quinq; stipites, ex quibus infiniti venarum surculi promanant, statuunt,
nimirum venam cavam, venam portæ, venam umbilicalem, arte-
riofam venam, & venosam arteriam: alii verò in duas tantum clas-
ses re-